

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Strenorum immortale nomen. Emblema CXXXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Strenuorum immortale nomen  
EMBLEMA CXXXVI.



**Æ**ACIDÆ tumulum Rhæteo in littore cernis,  
 Quem plerumque pedes visitat alba Tbetis.  
 Obtegitur semper viridi lapis hic amarantbo;  
 Quod nunquam Herois sit moriturus honos.  
 Hic Graium murus, magni nex Hectoris. Haud plus  
 Debet Maonide, quàm sibi Maonides.

COMMENTARI II.

I. **I**VXTA mare in littore saxo excisum  
 conspicitur sepulchrum, ad quod The-  
 tis in concha marina, delphini dorso im-  
 posita appellit, idemque noto amarantbi  
 flore conspergit & ornat.  
 II. **E**XTA lib. 3. Grecorum Epigram-  
 matum carmen in Laerte tumulū, quod  
 quia ferè ad nostrum epigramma spectat,  
 huc adscribere placuit.

Ψήχεις ἐν πίπτῃν ὁ πολὺς χρόνος, ἐδ' ἴσι-  
 δῆρα  
 Φηδεταί, ἀλλὰ μὴ πάντ' ἔλικει δεῖξ  
 πάντ'  
 Ὡς ἢ λαίρτασ τό δ' ἥριον. ὁ χεδὸν ἀ κ-  
 τὰς  
 Βαίον ἀπολυχῶν λείβεσαι ἢ ὑετῶν.  
 Ὅ' ἄνομα μὴν ἠέως δένιγον. ἄ γὰρ δοι-  
 δὰς

Οο 3 Αμβλύ

Chara-  
 Her Em-  
 blematis.

Αμυγύων ἀϊόν (κῆν ἰδίαν) δύναιται.  
 Saxa cauat tepus, ferro nec tepora parcaunt.  
 Omnia sed molliet tempora longa dies.  
 Laorta sic busta teris quogz littora propter  
 Aethere de summo defluu imber aquis.  
 Immortale sed, heu, nomen delere vastitas  
 Herois, Musa vindice, nulla potest.  
 Cauat & petram longu tempus, neqz ferro  
 Parcit, sed vna omnia perdit consumptione.

Sic etiam Laeræ tumulus, qui prope litus  
 Paululum abest, frigidis liquitur à pluuijs.  
 Nomen quidē herois semper florens. Non enim carmina  
 Obscurate æuam, etiamsi velit, potest.  
 Longa die: saxumqz cauat, ferrūqz retūdit.  
 Cur sibus æternis omnia ubiqz vorat.  
 Sic quoqz Laorta tumulus, qui littore ab ipso  
 Paululū abest, tenui tunditur à pluuiā.  
 Nomen at herois manet immortale. Nec æuam

Delere (vs vellet) carmina dia potest.  
 Apponam & illud argumenti eiaudem:  
 Τύμβος Ἄχιλλῆος ἐν ἰσθμῷ Ἰωνίου.  
 Δαίμων ἄν. Τεφρῶν δέμα κῆρῶσιν ἔσαν.  
 Ἀχιλλῆος δὲ τίθεντες, ἴνα σοφῶ χῆρῶσι δαλάωνε  
 Κεδῶντο τοῖς τῆσ ἀλίας Ὀλτιδῶσ.  
 Hic positus Graijs tumulus pugnacis Achillis.

Dardanida cuius membra sepulta timent.  
 Adiacet ad litus, pelagi quo murmure natus  
 Laudetur Thetidis contumelatus humo.

Certe ùm Philostratus in Iconibus, ad tumulos exornandos scribit amaranthum vsurpatū fuisse, orto à Thesalis initio, qui Achillis sepulchrum eiusmodi coronis reddimirent Idem confirmat Antonius Thyestesius in libello, quem de coronis composuit, vbi sic. Thesali Achillis sui monumentum amarantho coronabant: vt ostenderēt, quemadmodum flos ille numquam interit, sic eius famam perpetuò duraturam. Ad hoc respexisse videtur Sanctius, cūm in Heroicis epitaphijs de Achille loqueretur:

Heroum iacet hic flos immortalis Achilles.  
 Vide Cæli Rhodigini. antiq. lect. lib. 17. cap. 21. Vel certe referemus Emblematis huius materiam ad id quod 1. Attic. retulit Pau-

Amaranthus tumulis appositus.

lanias de incolis, ni fallor, Salaminis, qui tradit apud se post Aiakis cladem, florem quandam primum enatum cādidum, modicè rubentem, lilio cūm cæteris partibus rum folijs mindrem, inscriptum iisdem, quibus Hyacinthum, literis.

ÆACIDÆ tumulum] Achilles sepulchrum. Dicitur autem Achilles Æacides, ab Æaco auo paterno, Telamonis & Peleipatre.

Rhætao in littore] Rhætum oppidum & promontorium Troiadis, Aiakis sepulchro à poetis celebratum, sicut & Sigeum sepulchro Achillis, Id quod ex Cicerone pro Archia, Mela lib. 1. cap. 18. Plinio & Strabone liquet. Hinc Alciati videtur lapsus in sequendo Solinum, qui etiā malè intellectis Plinij verbis Achillem in Rhætao sepulchrum asserit. Pignorius tamen nullum hic peccatū subesse asserit, genuina Plinij lectione persuasus; quam mihi nondum contigit videre.

Pedes visitat alba Thetis] quem interdū inuisit Thetis, pedibus alba Dea, λευκάπυς. Est autem Thetis Dea maris, Achillis mater, quæ quia semper in aquis habitat, pedes albilimus dicitur habere à Poëtis. Ouidius in epistol.

Et Thetidjs quales vix reor esse pedes. Accipitur etiam aliquando pro ipso mari, quamuis diuersa ortographia & quantitate: Terhys enim scribitur, prima longa, quā in Thetis, pro Achillis matre, breuiabit. Sed mirum est, hanc constructionem aliquos, etiam Græculos sibi visos (ne dicā graculos) corsisse, cum merus sit Græcus loquendi modus, & apud Homerum vsitatissimus, qui sæpe sic ait: & quidem 1. Iliad. ἀργυρότεζα θητις, id est, argenteos habens pedes Thetis, vel, alba pedes Thetis, id est, pulchra. Sic Iuno apud eundem vocatur λευκάπους ἥρη. id est, albas vlnas habens Iuno. Dicitur autem Thetis argenteos pedes habere, propterea quod maris aqua in locis profundis est obscurissima, & in extremis partibus clarior & pellucida. Thetis verò sæpius visitare tumulum Achillis ideo dicitur, quod marini fluctus assiduò eundem alluant.

Obtegitur semper viridis] saxum hoc sepulchrale tegitur amaranto viridi. Ideo autem amaranthus dicitur viridis, quia nunquam marcescit: vnde nomē habet ab

Typus Emblematis.

III. Achilles Æacides

Rhætaiū.

Alciati lapsus in moria.

Thetis pro mari.

Thetis cur alba pedes.

Amaranthus.

2 priuatius, & μαραινόμενος, marcesce, qua-  
 si nunquam marcescens. Plinius lib. 21. c.  
 8. inquit: Amarantho nō dubiē vinimur.  
 Est autem spica purpurea, veriūs quam  
 flos aliquis, & ipse sine odore, mirumq; in  
 eo, gaudere decerpi, & scētius renasci. Pro-  
 uenit Augusto mense, durat in autumnū.  
 Alexandrino palma, qui decerptus asser-  
 uatur: mirumq; postquam defecere cuncti  
 flores, made factis aqua renouiscit, & hibe-  
 nas coronas facit. Summa eius natura in  
 nomine est, appellato, quoniam non mar-  
 cescit. Amaranthina corona D. Petro ip-  
 epist. 1. ea est, quam interpres vertit im-  
 marcescibilem, τὸν ἀμαράνθινον τῆς δό-  
 ξης, στέφανον, & notauit olim A. Augustin.  
 Quo respexisse videtur Clemens Alexan-  
 drinus, Pedag. c. 8. Pulcra enim amaran-  
 thi corona ei est reposita, qui se rectē ges-  
 serit. Amaranthus autem est immortalis  
 Poetis. Huc pertinet quod narrat Philo-  
 stratus in Heroicis, Neoptolemo coronas  
 amaranthinas primos Thefalos ad funera  
 ex lege constituisse, vt etiam si venti nauē  
 abduxissent, minime flaccidas ac defor-  
 mes adferrent. Venetijs porro (vt est illa  
 gēs florum mirē studiosa, ob raritatem ex  
 terrā & hortorum penuria, puto) mensē  
 hyeme in cōuijs amarantho exornātur,  
 quem in hunc vsum toto anno reseruant,  
 vt adhibito aquae tepidæ lenocinio, mox  
 ad libitum reuiscat in purpuram.

Quod nunquam herois etc. ] τῶν ἡρώων  
 κλιος ἀθάνατος. Heroum gloria immor-  
 talis. Euripides Hercule furente:

Την νειότη ἀρετῆς πένων  
 τοῖς θανοῦσιν ἀγαλλία.  
 Fortium laborum virtutes  
 Mortuis etiam decus.

Hic Grauius murus ] Princeps Græco-  
 rum fortissimus, quo stante Græci manser-  
 unt inuicti. Elegans metaphora, murus, pro  
 munimento & robore: vt apud Maronem,  
 duo fulmina belli Scipiadas, & Cic. in Pa-  
 radox. Duo belli propugnacula. Eo sensu  
 Pindarus in Olympijs Hectorem Troiæ  
 columnam appellat: ὃς ἔκτορ ἕσφαλε  
 Τροίας ἀμαχον εἰσπραχὴ κίονα. id est, qui  
 Hectorem subuertit inexpugnabilem, immo-  
 bilem columnam. de Achille loquitur.  
 Hunc quoq; præclaris nominibus hone-  
 stat Ouidius 12. Metamorph.

Nam timor illa Phrygum, decus & tutela  
 Pelasgi.

Nominis Hecides, caput insuperabile bello.  
 Quō referri possunt allegoricōs à Iuuenale  
 dicta in euentos nobiles, qui iactant  
 magnificos generis titulos:

Miserum est aliena incumbere fama.  
 Ne rollapsa ruā sub ductis tella columnis.

Magni nex Hæctoris ] qui Hæctorē Tro-  
 ianorum fortissimum interfecit. Effectum  
 pro efficiente. In Appendicibus Virgilianis  
 hoc legitur:

Defensor patriæ, iuuenū fortissimus Hæctor.  
 Quis murus miseris ciuibus alter erat.  
 Occubuit telo violenti victus Achillis:

Occubue simul spesq; decusq; Phrygiū.  
 Refert Hyginus, Achillem cū bigis all-  
 gatū Hæctorē raptaret exclamasse: Tro-  
 iam expugnauī. Reuocat mihi in memo-  
 riam mors Hæctoris id, quōd scribit A-  
 lianus 12. var. histor. Epaminondam acce-  
 pro mortifero vulnere in pugna Maninē-  
 si, delatum in castra iussisse acciri Daiphā-  
 tum, vt eum duce sibi moribundo suffi-  
 ceret: quem cum in acie cecidisse retulisset,  
 rursum Iolaidem vocari imperasse,  
 quem etiam interfecit cū diceret, ni-  
 hil aliud habuisse, quā vt suaderet pacē  
 cum hostibus esse faciendā, nullo iam du-  
 ce Thebanis superstite. In Euripidis Hecu-  
 ba sic loquitur vmbra Polydori: ἰπὲρ δὲ  
 τράϊαδ' ἔκτορος τ' ἀπὸ λείο ψυχή, πα-  
 τρῶ αὐτ' ἔστι κατὰ χάριν. Vbi Troia, &  
 Hæctoris animus perijt, & patrij lares diu-  
 ti sunt. Hæc et si communiter ita teneantur,  
 nempe Hæctorē ab Achille occisum: sciant  
 tamen Hæctoris studiosi, exare libellum  
 Græcum Dionis, de Troia non capta. vbi  
 multo aliter refertur historia, quā ab Hæ-  
 mero describitur, Achillem se ille ab hæ-  
 ctore occisum. Quod & ipse Homerus vi-  
 detur aliquibus in locis subindicare, sed  
 rectē. Lege libellū, cui fortasse plus habe-  
 bis fidei quam Homero. Et sive ingonue  
 fateat quod sentio) si causa sub meo tribu-  
 nali decidēda foret, præconium, quod Hæ-  
 merus Achilli tribuit, multo meliore iure  
 Hæctori adiudicaret, vt qui illum virtuti-  
 bus heroicis multis paratāngis antecederet.  
 Fuit enim Achilles mulierarius, iracundus,  
 iniustus, crudelis, addo & auarus. Nam cū  
 primis iuuentutis annis puellari habitu in-  
 ter siltas. Lycomedis latitaret, Deidamiam  
 vitiauit. Imō ob ereptam sibi Briseidem  
 tantas exercuit similitates, vt nullis preci-  
 bus, nec precio adduci potuerit, vt laborā-

Hæctor ab  
 Achille  
 occisus.

Dionis li-  
 ber, de  
 Troia nō  
 capta.

Achilles  
 virgine  
 normilus  
 obnoxius.

Veneti flo-  
 rum stu-  
 diosi.

Achilles  
 murus  
 Græcorū

ibus Græcis succurreret, primatam voluptatem communi patriæ periculo anteponebat. Et quis vnquam tantam crudelitatem in hostem Hectorem exhibuit? quem ter circum muros Troiæ curru raptauit; cumq; instat frendentis belluë immanitatem expleuisset, eadauer feris & volatilibus obiecit, nec patri, nisi numerata pecunia, restituere voluit; id quod vix ferarum est. Equidem, vt canit Ouidius in Trist. Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,

*Pugna suū finem cum inacet hostis habet.  
Ac lupus, & sarpes instant morietibus vrsis,  
Et quacumq; minor nobilitate fera est.*

Achilles  
Tenedis  
adiosus.

Hinc non immeritò multorum incurrit odia: etenim Tenedij adeo insensū habuerunt, quòd Tenedū deuastasset, vt supplicio afficeretur, qui restituto templo Achillem nominasset. Alex. ab Alexandro lib. 2. cap. 14. Tale profus nihil de Hectore legitur, vt qui arma iustissima pro patriæ defensione sumere coactus fuerit. Sed in hac re cuique esto liberum iudicare; nos redimus in viam, à qua nos Achilles cum Hectore raptauerat.

*Hauid plus debet Maonida* Achilles nō plus Homero debet, à quo eius virtutes celebratæ carminibus, & sine quo nomen Achillis ad posteros nō peruenisset; quam Homerus Achilli. Cum enim sibi proposuisset tam excellentē hypothefin Iliados in gestis Achillis carmine decantandis, id est imperatoris sine exceptione magni, ea materia si caruisset, nomen eius ignotum fuisset posteris, eiusq; doctrina fluisset, visque tam diuini ingenij vnā cū homine interiisset. Fuit ergo ingenium par matris, quod ait Iunenalis. Et promde Homerus Achilli multum debet.

IV.

*NVLIVS* vnquam homo tanto laudatus est præconio, quanto Græcos Achilles ab Homero est commendatus, teste vel Alexandro Magno, laudatissimo rege. Ex quo nunquam est intermoritura illius fama, quæ designatur purpureo amaranthi flore, quem Theris ipsius sepulchro in Sigeo promontorio sito inspergit; quiq; nullis hibernis rigoribus viuidi coloris honorem deperdit: sic quoq; omnium heroum fama perpetuò virescens ad posteros & securos nepotes transmittetur. Rectè Sophocles in Ph. loçtera περί υστρίαιας, quod idē

Quædam in  
sermone  
fuit.

ὡς ἐπὶ ἀνδρείας intelligere par est: ἢ ἕστει  
βεια, inquit, μὴ δὲ συνβῆναι βροτοῖς, καὶ  
ζῶσι, καὶ δάτωσιν, ἐν ἀπὸλλοταῖ. Et  
Pindar. Isthm. 5. non ob iterari prolixum  
laborem virorū, ait: ἄτοι τετὸρλωται μα-  
κρὸς μοχθὸς ἀνδρῶν. Hæc potitò epigra-  
phe reuocat in memoriam illud Iustini  
principis, §. filij de excusat. tut. institut.  
Hi, qui in acie pro republica ceciderint, in  
perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.  
Vlpien. in l. bello amissi, eod. tit. Sic  
Tullius 9. Philipp. Horum mortuorum vi-  
tam in memoria viuorum ponam. Idem  
14. Philipp. O fortunata mors, quæ naturæ  
debita, patriæ est potissimum reddita. Bre-  
uis nobis data vita est; at memoria bene  
reddite vitæ sempiterna, quæ si nō esset lō-  
gior, quàm hæc vita, quis esset tam amens,  
qui maximis laboribus & periculis ad sum-  
mam laudem gloriamq; contenderet? Et  
oratione pro Cornelio Balbo, constituit  
discrimen inter gratiosos, ambitiosos ciues  
& fortes, quod illi viuī fruuntur suis ope-  
ribus; Horum etiam mortuorum si quis-  
quam, inquit, huius imperij defensor mor-  
ti potest, vincit auctoritas immortalis. Nec  
verò apud Romanos tantum, sed & alios  
priscos populos hæc gratia reddita est his,  
qui pro Republica vitam suam profudisse-  
rent. Exstat apud Thucydidem ea de re ἐ-  
πιτὸ ἀφίος λόγος. Et non solum ijs, qui  
mortui sunt, hunc honorem esse tribuen-  
dum, sed eorum quoq; proximos consolā-  
dos, ait Cicero 14. Philipp. Et quidem pa-  
rentibus hanc esse consolationē optimam,  
quòd tanta præsidia reipublicæ generūt.  
Deinde addit, atq; etiam censeo, P. C. quæ  
patria militibus commissas, nos repu-  
bl. recuperata tributuros ea vitis, victori-  
busq; cumulata, cum tempus venerit, per-  
soluenda. Qui autem ex ijs, quibus illa pro-  
missa sunt, pro patria occiderunt, eosq; pa-  
rentibus, liberis, coniugibus, fratribus tri-  
buenda censeo. Scribit Aristoteles 2. Politi-  
cor. Hippodamium apud Athenienses ali-  
quando lege cauisse, vt ex publico aleren-  
tur filij, quorum patres pro patria cecidisse-  
rent. Quod apud Thucydidem Pericles  
faciendum suadet. Cicero 1. Tuscul. repu-  
lit ex quodam veterē:  
Dic, hospes, Sparta \* nos te hic videre iu-  
centes,  
Dum sanctis patrie legibus obsequimur.  
De fama potitò & gloriæ studio Fulgost  
memo.

Honor ha-  
bitas qd  
qui propa-  
tria mor-  
tui.

memorable narrat exemplum lib. 8. Vix adduci possem, inquit ibi, vt hac ætate nostra, in qua vnà cum virtutibus non pauci solùm sūt, verùm etiam penè despectui habetur fama, aliquem fuisse crederem, qui fame desiderio morti se obiecit, nisi ego ipse libellum legissem, Hieronymo Olgiato dicente, cum torqueretur scriptum, qui vnus è quatuor fuerat, qui Galeacium Sfortiam Mediolanensem ducem confoderunt. In eo enim libro factus est, ad id facinus se adductum solo gloriæ ac magni no-

minis desiderio, quo intentum se dicebat, cum priscorum hominum res præclare ge- itas puer adhuc in ludo litterario legeret. Adeo autem eo is fuit animo, vt notarius, qui morienti astant, scripserit, cum extremam penè animam Hieronymus ageret, Latine hæc verba sub carnifice effudisse, cum iam cultro non admodum acuto pectus illi incidereur, commemorato tam acerbæ mortis optato præmio: Collige te Hieronyme, stabit vetus memoria facti; mors acerba, fama perpetua. Hæc ille.

Fama de  
siderium  
Hierony-  
mi Olgia-  
ti.

Nobiles, & generosi.

EMBLEMA CXXXVII.



**A**UREA Cecropias necebat sibula vestes,  
Cui coniuncta tenax dente cicada fuit:  
Calceus, Arcadico suberat cui lanula ritu,  
Gestatur patribus mullea Romulidis.  
Indigenas quod se adserent, hæc signa tulerunt  
Antiqua illustres nobilitate viri.

COM.